

pars quod attenta fidelitate dicti quondam Andree et suorum firmetur mercatum cum eis, nomine dicti pueri hoc modo, quod dentur sibi de camera nostra frumenti libras trecentum grossorum, que mittantur eis per galeas proxime nauigaturas armatas in Ciprum et Armeniam, pro quibus denarijs dare debeant nostro communi mensuras XLVII mille frumenti in Candida, boni et mercadantis omnibus suis expensis, non existente in eo frumento de mauroterra; dando mensuras sex mille omni anno, silicet statim dare teneantur dictas mensuras VI mille pro primo anno et sic successiue usque ad complementum dicte quantitatis; dando bonam et sufficientem plezariam de sic seruando tam de denarijs quam de frumento dando. Et hoc secundum consilium officialium frumenti, qui hec consulunt, dicentes quod hoc modo frumentum ueniet, yperpera xv centenario mensurarum, habente nostro prode, quod soluit de denarijs antedictis. 15 20 22

41

Απάντησις δοθεῖσα εἰς τὰς ἐπιστολὰς τοῦ Πάπα, κομισθείσας ὑπὸ τῶν πρεσβευτῶν του.

Πρόκειται περὶ τῆς συμβολῆς τῶν Βενετῶν εἰς τὴν ἔνωσιν κατὰ τῶν Τούρκων, τὴν ὡποίαν εἶχον ὑποσχεθῆ, ὅτε ἀπήντησαν εἰς τὸ τρίτον ἔρωτημα τῆς πρεσβείας τῆς 21 Δεκεμβρίου 1333, ἀριθ. 27 τοῦ παρόντος βιβλίου. 1334, Ἀπριλίου 3.

F° 57^r N° 442. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die III Aprilis. 1

Capta. Examinatis litteris ambaxatorum de Curia et responsione domini Summi Pontificis ei data, ac litteris apostolicis intellectis et hijs que ad factum pertinent, uisis et discussis, consulunt sapientes concorditer et sic uadit pars.

Quod cum ipse dominus Papa per litteras suas huiusmodi hortetur istud dominium ad faciendum non tangit ipsum dominium secundum tractata inibi, si secundum responsonem prefatam Summi Pontificis et requirat responsonem nostram ad hoc; rescribatur eidem domino Pape quod nos omni debita reuerencia suis suspectis litteris et intellectis confestim deliberauimus ad nos aliud habentes responsonem, quantumcumque simus multipliciter sumptuosis laboribus fatigati, parare pro anno presenti iuxta responsonem ipsius ob zelum fidei et sue reuerenciam sanctitatis galeas decem et ipsas bene furnitas ordinabimus esse effectu in loco et tempore ordinato, silicet per totum mensem maij proximi in insula Nigropontis, ut ibidem cum suis et alijs ordinatis ut respondit conueniant sint et faciant que sint ad dei laudem et confusionem Turchorum perfidie iniquorum mansure per tempus stabilitum ad dictum seruicium quantum pro anno presenti in nomine Jesu Christi. Speramus enim indubie quod et relique pro isto anno ordinate secundum suam responsonem ipso tempore erunt inibi preparate. Pro anno quoque uenturo immediate similiter parati indefinienter sumus facere 5 10 15



20 prout responsio eius continet, silicet armare decem galeas et mittere pro specificatione terminis in subsidium antedictum. Uerum quia uotum et intencionem domini regis Francie et aliorum nominatorum in sua responsione huiusmodi, quantum pro ipso anno ueniente scire nequimus instinctu fidei moti suam sanctitatem suppliciter exhoramus; ut sic prouidere et ordinare dignetur quod et ipsa
 25 et cerius nominari ponant et adimpleant, quod responsio sue clemencie continet et ad tempus et pro tempore ordinato. Et quod superinde quantum silicet pro ipso proximo subsequenti anno per suam benignitatem taliter et sic in tempore informemus quod possimus et parare et mittere pro ipso anno quod est dictum et secundum suam responsionem premissam cum ut est dictum pro fidei orthodoxy obsequijs et sue sanctitatis reuerencia ad premissa omnia iuxta suam responsionem efficaciter et formaliter nos quantum reperiet preparatos notificetur etiam sue Sanctitati qualiter domino regi Francie nostram scribimus intencionem presentem.

Scribatur preterea regi Francie generaliter recepimus litteras apostolicas
 35 huiusmodi et responsionem ipsius domini pape intelleximus super dicto facto nostro ambaxatori in scriptis exhibita. Et quod pro anno presenti parati sumus facere et armare decem galeas iuxta dispositionem et tractatum apostolicum iam ut est dictum nostro ambaxatori in scriptis data. Et mittere illas bene furnitas ad tempus et terminum et pro termino ordinato. Et quod facere immediate a mo
 40 similiter erimus parati mittere secundum dictam responsionem Summi Pontificis galeas similiter decem, notificato tamen prius nobis tempore congruo per eumdem dominum papam, qualiter sua sanctitas et maiestas regia et reliqui nominati erunt ad promissum tempus et debitum preparari ut et nos pro ipso anno ueniente similiter mittere ut predicitur ualeamus, et notificetur eis qualiter mittimus
 45 domino pape nostram intentionem presentem.

Ex nunc uero mandetur capitaneo unionis et Culfi quod studeant ad inuicem se inuenire in insula Nigropontis, ita quod sint ibi per totum mensem maij proximi pro seruitio prelibato, de quo ut expedit informatum. Et si in ipso termino et tempore galee domini Summi Pontificis et regis Francie que sunt uni et ille
 50 decem magistri Hospitalis et cetere ante responsionem contente papali ibi adfuerint, uel saltim ille Summi Pontificis et regis Francie et prelibati Magistri, secum sint et exequantur et faciant quod poterunt pro exterminio Turchorum. Si uero non fuerint ipse predicte in loco et tempore ac termino prelibatis, reuertantur quatuor de Culfo ad suam custodiam ordinatam, sex reliquis remanentibus prout
 55 ante. Uerum si redeuntes ipse quattuor reperierunt ipsas predictas, Pape, scilicet Regi et Magistro uel aliter sciuerit, quod transiuerint uel iuerint ad insulam



Nigropontis reuertantur cum eis ad Capitaneum unionis et ibi sint cum alijs nostris predictis et faciant quod est dictum donec aliud ei duxerimus ordinandum. 58

42

Μετὰ τὴν συμφωνίαν μετὰ τῶν ἀντιπροσώπων τοῦ Πάπα ἡ Γερουσία ἐκδίδει διαταγὰς διὰ τὴν κινητοποίησιν τοῦ στόλου τῆς ἐνώσεως, διαχειμάσαντος ἐν Εὐβοίᾳ, συμφώνως πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῶν Βενετῶν, διὰ τὴν ἀσφάλειαν τῆς νήσου. Πρὸς ἐνίσχυσιν δὲ τοῦ στόλου τούτου διατάσσεται ἡ διοίκησις Κρήτης, ὅπως προετοιμάσῃ τρία κάτεργα ἐντὸς δύο μηνῶν καὶ τέταρτον ὁ Βάιλος Εὐβοίας, τὰ ὅποια θὰ τεθῶσιν ὑπὸ τὰς διαταγὰς τοῦ Καπετάνου τῆς ἐνώσεως. 1334, Ἀπριλίου 7.

F^o 57^{to} № 443. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die VII Aprilis. 1

Capta. Cum ut scitis captum sit quod nostre galee unionis et Culfi ad inuicem se reperiant in insula Nigropontis ita quod ibi sint per totum mensem maij proximi ut possint cum alijs ordinatis secundum responcionem domini Pape conuenire et intendere ad persecucionem Turchorum etc; et necessarium sit de facto custodie culfi prouidere, ne sic remaneat disfurnitus. Uaudit pars quod cum nauibus et aliter quam citius fieri poterit, scribatur duche et consiliarijs Crete, quod armente tres galeas per duos menses cum uno nobile deinde pro capite earum quod habent libras tres grossorum in mense pro sua prouisione secundum usum. Et ipsas cum omni solicitudine ad nostrum capitaneum unionis destinent; ita quod sint ad ipsum in insula Nigropontis per totum mensem maij proximi uel quam citius poterunt dante Deo. Et similiter scribatur baiulo et consiliarijs Nigropontis quod ibi arment unam quartam galeam, ita quod sit inibi parata et armata per totum mensem maij proximi antedictum, que quidem quatuor galee scilicet Crete et Nigropontis debeant esse cum ipso nostro capitaneo unionis et sibi totaliter obedire pro adimplendo quod est ordinatum de persecuzione Turchorum. Interea autem sint et remaneant galee quatuor Culfi, que iam ut est dictum debent esse per totum mensem maij in insula Nigropontis cum ipso capitaneo unionis donec ille quatuor antedicta de Creta scilicet et Nigropontis ad ipsum uenerint ut est dictum, set uenientibus ipsis quatuor et copulatis cum ipso capitaneo unionis, quatuor nostre ad Culfum deputate, statim ad suam custodiam reuertantur et prouideant de pecunia mittenda pro dicto soldo uel aliter prouideatur ut possit dari dictos soldos sicut uidebitur dominio, intelligendum etiam quod si dicte galee armande steterint ultra dictos duos menses pro dicto seruicio, quod satisfiat eis per ratam. 25

6 non.—10 non sinceri.

43

F^o 70^{to} № 543. Ο ἐκλεγεὶς Δοὺς Κρήτης Πέτρος Ζένος νὰ μεταβῇ εἰς Κρήτην διὰ τοῦ στόλου τῆς ἐνώσεως,

